B. N. C
FIRENZE
1142
25

MISCELLANEE
B. BIBL. NAZ. CENTRALE DI FIRENZE
25
CXLII
25

1142.25

Digitized by Google

A I
1142.25

BVLLA COLLEGII MILITVM,

QVI PII, DE NVMERO PARTICIPANTIVM NVNCVPANTVR.

Qua ampliſſimis & honorificétiſſimis priuilegiis donantur.

PER S. D.N.D. PIVM PAPAM IIII in Alma Vrbe nuperrimè erecti, & inſti tuti, ſecuriſq; prouentibus, & emolumentis dotati.



Romæ, apud Antonium Bladum M D LX.

BIBLIOTECA NAZIONALE FIRENZE 1872

Pius Eṗs ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuã rei memoriã.

PII Patris altiſſimi, qui ſua pietate immenſa, impium humanæ naturæ lapſum, per unigeniti Filij ſui ſanguinis aſperſionem expiauit, noſq; per eum ueræ pietatis & iuſtitiæ cultum, ac uniuerſam miſticæ domus ſuppellectilem, partim ad illius ornatum, partim ad neceſſarios uſus, prouida moderatione diſponere docüit, uices, licet immeriti, gerentes in terris, circà commiſſum nobis, apoſtolicæ ſolicitudinis officium exercendum, inter multiplices, arduaſq; curas, quæ nos, horum temporum difficultate cauſante, uehementer exercent, eam in præſentia amplecti cogimur, per quam, exiguorũ Sedis Apoſtolicæ prouentuum reliquias, non ſolùm in neceſſarios domus, & familiæ noſtræ, uſus, uerùmetiam in antiquorum dictæ Sedis debitorum ſolutionem, quantum ipſa rerum patitur anguſtia, conuertamus: ac intereà ſedis eiuſdem decori, in ſuis Officialibus, familijſq; obiter adaugendis, nec minus illorum, qui cum ipſa Sede, pro neceſſitatibus eius ſubleuandis, bona fide contrahunt, indemnitati, pariter & ſecuritati, conſulamus. Sanè, cùm nuper, poſt noſtram ad ſummi Apoſtolatus apicem, ſuperna pietate fauente, aſſumptionem, Sedem ipſam, & Cameram apoſtolicam, cuius omnes ferè redditus, & proprietates à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris, uel in perpetuùm, uel certè ad tempus, diſtracti fuerunt, non ſolùm illis exinanitam, & planè inopem, uerùmetiã propter expẽſas his, et proximè præteritis, belli, ſterilitatis, ac longiuſculæ Sedis huius uacationis, temporibus

Procemium literarum.

Cauſæ ꝑꝑ quas cogitur Põtifex erigere Montem Pium.

factas, maxima æris alieni mole oppreſsã inuenerimus. Ac proptereà prouentus neceſſarij, quotidiano familiæ noſtræ alimento nõ ſuppetant, tantum abeſt, ut debita antiqua, pro quibus maximum intereſſe ſoluitur, exinde diſſolui ualeant: nec ſit aliud, quod pro cautione Mercatorum, *aut aliorum pecunias ſubminiſtrare uolentium, hippotecari, ſeu obligari poſſit, præter infraſcripta,* Nos *tali neceſſitate coacti, uolentes, creditoribus ſatisfaciendo, pro illa parte, ab eris alieni huiuſmodi et interuſuriorum, ſeu intereſſe, quæ proptereà ſoluuntur, onere,* Sedem *ac* Cameram *præfatas liberare, & neceſſitatibus noſtris, abſque ſubditorum ulteriori grauamine, prouidere.* Conſiderantesq; *ꝙ tam. fe.rc.* Leo X. Clemens VII. Paulus III. *et* Iulius *et* III. *q; etiã* Paulus IIII.

Habet exẽplum prædeceſſ. Ro. *Pontifices prædeceſſores noſtri, ſuper ſedis &* Cameræ *præfatarum introitibus, partim perpetuos, partim tẽporales, crexerunt* Montes, *&* Officiorum Collegia, *perceptis, pro illorum pretijs, diuerſis etiam notabilibus pecuniarũ ſummis.* Hinc *eſt quòd nos, habita ſuper his, cum* Venerabilibus *fratribus noſtris, ipſius* Ro. Eccleſiæ Cardinalibus, *in cõſiſtorio noſtro ſecreto, deliberatione matura, de eorũ cõſilio, et unanimi aſſẽſu, unũ* Collegiũ Trecẽtorũ Septuagintaquinq; Virorum Militũ Piorũ, *participantiũ nũcupandorũ, quorum nomina et cognomina in calce noſtrarum literarum deſcribentur, in* Alma vrbe, *perpetuò erigimus et inſtituimus.* ¶ Decernentes *ipſos* Milites Pios, *pro tempore exiſtentes, ueros, et indubitatos familiares, continuos commenſales noſtros, &* Ro. *Pontificis pro tempore exiſtentis exiſtere.* Ac *in quibuſcunque apoſtolicis, & alijs literis, ſcripturis, & actibus publicis, & priuatis, ſe tales ſcribere, & nominare, & ab alijs nominari poſſe et debere.* Ac *eò ipſo,*

Numerus Militum.

27

Erectio Collegij.

Milites Pij ſunt familiares Pontifices.

quòd ad Officium Militiæ huiuſmodi admiſſi fuerint, eos et cuiuſlibet eorum filium primogenitum, natum, uel naſciturum, Nobiles, etiam de maiori Nobilium genere, ac Aulæ Lateranen. Comites, Cum poteſtate, per ſe, uel alium, ſeu alios, in genere, & in ſpecie, quoties cuilibet eorum placuerit, ſeu delegandos uel deputandos ab eis, quoſcũque, qui in iure Canonico, & in Ciuili, ſeu altero eorum, per diligentem examinationem, ſcientia, & moribus idonei, & ſufficientes inuenti fuerint, in utroque, uel altero, Iurium huiuſmodi; Quos uerò in Theologia, etiam cuiuſuis ordinis, etiam mendicantium, profeſſores exiſtentes, etiam ſi aliàs ſuperioris conſenſus requireretur, & habitus, uel requiſitus nõ fuerit, ſeu Artibus, uel medicina, aut alia licita facultate, ſtuduiſſe, et ſimiliter per diligentem examinationem duorũ, aut trium, per eos, eligendorum Doctorum, ſeu Magiſtrorũ facultatis, in qua ſtuduerint, coràm eis, uel aliquo eorum, habendam, ad fidelẽ Magiſtrorũ, ſeu Doctorum eorundem, atteſtationem, eis faciendam, peritos, ac ſcientia et moribus, ad hoc, idoneos, et ſufficientes eſſe repererint, de eorundem Doctorum, ſeu Magiſtrorum, quo ad præmiſſa omnia, conſilio, & aſſenſu, in Theologia, ſeu in Artibus, uel medicina, aut alia licita facultate hmõi, ad Bacchalariatus, Licentiaturæ, Doctoratus, & Magiſterij, gradus, promouendi, & illis, in eis legendi, interpretandi, diſputandi, & alios actus, ad perſonas, in huiuſmodi gradibus conſtitutas, quomodolibet pertinentes, faciendi, auctoritatẽ concedendi, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis conferendi.

Efficiũtur nobiles ſtatim admiſſi ad officia Militũ. Sunt Comites.

Poſſunt creare Doctores &c.

¶ *Necnon Iudices ordinarios, ac Notarios, & Tabelliones publicos creandi, & creatos, de Iudicatus, Tabellionatus, & Notariatus, Officijs huiuſmodi, per pennam,*

Poſsũt creare Iudices & Notarios.

& calamarc, ut moris eſt, recepto prius, ab eis, ſolito iura- mento, inueſtiendi. ¶ Cum ſpurys, baſtardis, manſeril us, inceſtuoſis, & alys, ex quouis illicito, & damnato coitu, procreatis, ut in parentum, & aliorum, bonis, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato (ſine præiudicio tamen uenientium ab inteſtato) ſuccedere, & quoſcunque actus legitimos exercere. ¶ Et ad quoſuis honores, dignitates, et officia publica, uel priuata, aſſumi, illaq; gerere, & exercere, in omnibus & per omnia, ac ſi de legitimo ma- trimonio eſſent procreati, liberè et licitè ualeant, diſpẽſandi. ¶ Et quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtoli- cis, Legibusq; Imperialibus, etiam ex illis, quæ in uſibus Feudorum, et authenticorum habentur, etiam, ſi de illis ſpe- cialis mentio habenda foret, quæ haberi poſſet ad libitum uoluntatis. ¶ Statutis quoque, et alys ordinationibus, in con- trarium, pro tempore editis, etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia, roboratis, quoties ei pla- cuerit, in quauis mundi parte derogandi. ¶ Illosq; ex eiſdem Militibus Pijs, qui clerici fuerint, in dictæ ſedis Notarios, qui uerò laici, in Auratæ Militiæ Milites. ¶ Ita quòd, etiam ſi Milites Pios participantes eſſe deſierint, nihilominus Co- mites Aulæ Lateranẽ, & Notary dictæ ſedis, ac Milites Aurati reſpectiuè, ſine tamen præiudicio participantium, etiam cum dicto filio primogenito, eſſe non deſinant, exnunc prout extũc, et ècontra, facimus, creamus, atque recipimus. Ac aliorum, etiã de maiori Nobilium genere, Nobilium & aulæ Lateranẽ, Comitum, & ſedis Notariorum, ac Militiæ præfatorum Militum numero, & conſortio, fauorabiliter aggregamus. ¶ Et inſuper, attendentes nonnulla bona, per laicos, eccleſijs piè erogata & conceſſa fuiſſe, quòdq; in

Poſſunt legitima re ſpurios.

Poſſũt eoſdẽ ſpurios ad honores promouere.

Poſſunt deroga- re legibus.

Milites Pij cleri ci fiunt Notarij Apoſtolici, laici verò auratæ Militiæ Milites.

Etiã dimiſſis offi cijs remanẽt Co- mites, Notarij, et Milites aurati.

poſterùm laici, ad alia eroganda, & concedenda procliuiores fient, ſi eccleſiam ipſam, ergà ſe gratam, & liberalem, in aliquo eſſe cognouerint, cũ quolibet ex dictis Militibus Pijs, pro tempore exiſtentibus, tam in Rom. Cu. *q; extrà eam, reſidentibus, etiamſi meri laici, & coniugati, etiam bigami, & illegitimi, uel aliàs quomodolibet incapaces fuerint, cum Militibus uerò clericis, etiam quaſcunque penſiones annuas, ſuper fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, uel ipſos fructus, redditus, & prouentus, loco penſionũ ſimilium percipientibus, etiam ſi eos pro tempore coniugatos, & bigamos, fieri contigerit, ut illi, quamdiù officium Militiæ huiuſmodi obtinuerint duntaxàt, quaſcunque penſiones annuas, uel fructus, redditus, et prouentus, loco penſionum huiuſmodi, Centum Quinquaginta ducatorum auri de Camera ſummam non excedẽtes, quæ tranſeant ad ſucceſſores in beneficijs, et à decimis, ſubſidijs, et alijs oneribus, pro tẽpore impoſitis, liberæ ſint, ẽt ſi ordinaria, uel apoſtolica, aut alia auctoritate ac ſine cã, reſeruatæ ſuper monaſteriorum, etiam conſiſtorialiũ, prioratuũ, præpoſiturarum, præpoſitatuũ, & aliorum quorumcunque beneficiorum eccleſiaſticorum, ſecularium, & quorumuis ordinum regularium, cum cura, et ſine cura, etiam ſi parrochiales eccleſiæ, uel earũ perpetuæ Vicariæ, Canonicatus, & præbendæ, dignitates, etiam maiores, & principales, perſonatus, adminiſtrationes, uel officia, in Cathedralibus, etiam Metropolitañ, uel Collegiatis Eccleſiis, cuiuſcunq; annui redditus, & ualoris, & prouentus fuerint, penſio, ſeu penſiones annuæ, nõ tamen ultrà tertiam partem fructuum cuiuſlibet beneficij, ſuper quolibet beneficio, etiam, ut præfertur, qualificato, & ultrà ſummam Centum quinqua-*

Singuli Milites Pij, ẽt coniugati poſſunt obtinere pro quolibet officio penſionẽ duc. 150. auri de Camera.

ginta ducatorum ſimilium in totum, pro uno quoque Milite Pio, etiam à Ro. Curia abſente, etiam, si in eadem nunquam fuerit, nec in eam uenire contigerit, & quolibet officio, ita quòd, etiam unus, qui plura officia præfata obtinuerit, maiorem ſummam penſionis, uidelicet pro quolibet officio, summã. Centum quinquaginta ducatorum, etiam ſimul, uel ſeparatim, conſequi, ac eidem reſeruari, conſtitui, & aſſignari poſſit. Et quòd inferius deſcripti Milites Pij, unam, uel plures penſiones, ſiue fructus, etiam ultrà dictam tertiam, et dimidiam partem habentes, ſuper qbuſuis eccleſiis, monaſterijs, et beneficijs præfatis, illam, etiam ſi matrimonium, etiam cũ bigama contraxerint, uſque ad ſummam præfatam Centum quinquaginta ducatorum pro quolibet officio, ut præmittitur, & non ultrà, retinere, & aſſequi, nulla prætcrea compoſitione ſoluta. ¶ Et tam ipſi, quàm eorum, in ipſis officijs, ſucceſſores, Milites Pij, pro tempore exiſtentes, huiuſmodi ſimiles, penſiones, et fructus uſq; ad ſummas, et quãtitates ſimiles eis reſeruatas, ſeu reſeruandas, cõſequi, et habere, ac eis reſeruari facere, illaſq;, etiã quòad uixerint, etiã, ut præmittitur, ab Vrbe abſentes, percipere, exigere, et leuare, ac in ſuos uſus et utilitates cõuertere, abſque alia diſpẽſatione, uel licentia deſuper obtinenda, liberè, et licitè poſſint, et ualeant, etiam ſi miles Pius, etiã officium Militis ſancti Petri, & S. Pauli de Vrbe, ac Lauretañ, & S. Georgij, & de Lilio, obtinuerit, quò ad penſiones huiuſmodi, officium incõpatibile non ſit; ſed uigore cuiuſlibet officij, uidelicet Militis S. Petri, Centum quinquaginta retinere, et militis S. Pauli, ducentorum aſſequi, et retinere; et ſingulorum Militis Lauretañ, & S. Georgij, ac de Lilio, Centum ducatorum; ac pro quolibet officio Militis Pij, Centum quinquaginta ſimilium,

Nullam tenentur ſoluere compoſitionem, & pro penſionibus hmõi ſibi reſeruañ, uel aſsignañ.

Officia Militum Piorum ſunt cum alijs officijs cõpatibilia.

penſiones

penſiones annuas, ſimiliter aſſequi, & retinere poſſit & ualeat; donec & quouſq;, officium præfatum obtinuerint, cum omnibus & ſingulis indultis, clauſulis, & cautelis, in ſimilibus apponi ſolitis, in euentum non ſolutionis earum. ¶ Et penſiones, & fructus huiuſmodi, ēt in alios quoſcunq; per eos nominandos, & in eorum fauorē, iuxtà deſuper eis conceſſam facultatem, transferendi; ita tamen, quòd huiuſmodi penſiones, & fructus percipientes, laici Milites, qui in dicta Romana Cu. pro tempore erunt, non tamen abſentes ab ea, in habitu armatæ Militiæ, uiro equiti, conuenienti, nos et Ro. Pontifices, pro tempore exiſtentes, in expeditionibus Cruciatæ, & generalibus Concilijs, abſque alio ſtipendio, expenſis tamen ſedis Apoſtolicæ, cum uno equo, ratione dictæ penſionis, ſequi debeant; diſpenſamus; eisq;, ad hoc, plenam & liberam licentiam & facultatem concedimus.

Tenentur ſequi Pont. in expeditione Cruciatæ, et in Cōcilijs generalibus.

¶ Ipſisq; Militibus Pijs, qui clerici fuerint, et officiū huiuſmodi, per biennium continuum obtinuerint, ut etiam quaſcunque penſiones, ſuper quibuſuis, ex dictis ſæcularibus, & regularibus beneficijs, eorumq; prouentibus eccleſiaſticis, & fructus eccleſiaſticos, etiam loco penſionum, eis hactenus, & pro tempore, quomodolibet aſſignatos, & conceſſos, & aſſignandos, ac concedendos (non tamen ſummam et quantitatem centum quinquaginta Ducatorum ſimilium, pro quolibet officio præfato, nec medietatē fructuum, redditū, et prouentuum beneficiorum huiuſmodi, ſuper quibus, dictæ penſiones, ſeu fructus, reſeruati exiſtunt, excedentes) in dicta Ro. Curia, uel extrà eam, etiam in mortis articulo, in clericum, ſeu clericos, non coniugatos, per eos eligendos, uel nominandos, etiam quæcunque, quotcunque, & qualiacunq; beneficia eccleſiaſtica, & penſiones, obtinentes, & expe-

Poſſunt pẽſiones duc. 150. transferre, ẽt ſi ĩ prioribus reſeruationibus ſibi factis, nullã habuerint transferendi facultatẽ, dummõ per bienniũ Milites fuerint.

ſtantes, in totum, uel in partem, ſeu partes; etiam corràm ſolis Notario, *etiam laico, & teſtibus, etiam ſint conſenſu, eaſdem penſiones, ſoluere debentium, etiam ſi illas, aliàs transferendi facultatem non habuerint, regula* Cancellariæ, *de conſenſu, in penſionibus requiſito, præſtando, hactenus, & pro tempore edita, ac ſtilo, in ſimilibus reſeruationibus, hactenus obſeruato, & pro tempore obſeruando, non obſtantibus, quandocunque transferre.* Ac *tranſlationes ſic factæ ualeant;* Et *debitores, ac eorum ſucceſſores, ad ſoluendum illis, in quos dictæ penſiones transferrentur, ſub excommunicationis ſententia, & priuationis pœna, ac acceſſibus, regreſſibus, & ingreſſibus, decretis, & alys clauſulis in literis priorum penſionum, pro tempore contentis, omnino teneantur; etiam perinde, ac ſi dictæ tranſlationes, per nos, de conſenſu poſſeſſorum, ſeu debitorum, & aliorum intereſſe habentium, cũ præfatis, & quibuſuis alÿs, in literis dictarum penſionum contentis clauſulis, quæ in ipſis translationibus habeantur pro repetitis, factæ fuiſſent.* ¶*Ipſisq;* Militibus Pÿs, *etiam clericis, presbyteris, prælatis,* Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis, *pro tempore exiſtentibus, ut de quibuſcunque eorum bonis, mobilibus, & immobilibus, per eos, tam per eccleſiam, ſeu eccleſias, aut alia beneficia eccleſiaſtica, etiam* Hoſpitalia, *uel alia pia loca, cuiuſuis, etiam priuilegiati ordinis, ſeu alterius* Militiæ *fuerint, per eos obtenta, & obtinenda, aut aliàs quomodolibet acquiſitis, & acquirendis, etiam ſi iuxtà felicis recordationis ſixti* IIII, & Iulÿ II. & Leonis X. ac aliorum Romanorum Pontificum *prædeceſſorum noſtrorum, deſuper expeditas literas, mo-*

Milites Pii poſſunt teſtari de bonis eccleſiaſticis, ꝑ eos acquiſitis, uſq; ad ſummam duc. Mille ꝑ quolibet officio, etiã eo dimiſſo.

bilia bona, non poſſederint, etiam in dicta Romana Curia, & extrà eam, teſtari, & de eis, inter eorum, utriuſque ſexus, liberos, etiam illegitimos, aut aliàs quaſcunque, etiam incapaces, quauis incapacitate, perſonas, diſponere, teſtari, codicillari, & ea, etiam inter uiuos, erogare, concedere, & donare, & teſtamenta, diſpoſitiones, & conceſſiones huiuſmodi, etiam dimiſſo officio, liberè, & licitè fiant, & ualeant; plenam & liberam, etiam ultrà facultates, per præfatos prædeceſſores noſtros, & nos, curialibus, & Romanam Curiam ſequentibus, in Vrbe ædificantibus, conceſſas, uſque ad ſummam, ſeu ualorem Mille Ducatorum auri de Camera, quò ad bona, per eccleſiam acquiſita, quò uerò ad alia ſimpliciter, & uſque ad omnes eorum facultates, & bona, licentiam, & facultatem concedimus. ¶ Necnon illis ex ipſis pro tempore exiſtentibus Militibus Pijs, qui illegitimi fuerint, ut de cætero, in quibuſcunque impetrationibus, conceſſionibus, diſpenſationibus, gratijs, indultis, & literis, gratiam, & iuſtitiam concernentibus, per eos, ſeu eorum nomine, in poſterùm à dicta Sede, uel illius Legatis, etiam ratione dignitatum, etiam Epiſcopalium, & Metropolitañ, ac monaſteriorum, ſeu aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum quorumcunque, aut aliàs, qualitercunque impetrandis, uel eis, etiam Motu proprio, concedendis defectu natalium, quem quoquomodo patiuntur, ac diſpenſationibus deſuper pro tempore conceſſis, nullam mentionem facere teneantur. Nec propterea impetrationes, conceſſiones, diſpenſationes, gratiæ, indulta, & literæ huiuſmodi, de ſurreptionis, et obreptionis, ac nullitatis uitio, ſeu intentionis defectu, notari poſſint; ſed ualidæ, & efficaces

Milites Pii illegitimi in impetrationibus ſuis non tenentur de natalium defectu, aliquam facere mentionem.

exiſtant; de ſpeciali gratia indulgemus. ¶ *Eoſdemq; Mili-tes Pios, pro tempore exiſtentes, ac quæcunque, quotcunq; & qualiacunq; beneficia eccleſiaſtica, et bona, per eos, pro tempore, obtenta, à quorumcunque ordinariorum locorum, & aliorum, iuriſdictione, poteſtate, ſuperioritate, & domi-nio, etiam ſi aliàs ſint* Milites Hieroſolimitani, *qui exempti ſunt à* Magno Magiſtro *ſuo, pro tẽpore, (niſi beneficia reli-gionis, aut ſuper eis, penſiones à ſede præfata habuerint) etiam in his omnibus, cum alijs* Militibus Pijs *antedictis, in quibus eiuſdem* Sedis Notarij, *etiam de numero participan-tium nuncupati, de iure, priuilegio, conſuetudine, & aliàs, exẽpti ſint, et eſſe cenſeantur:* ¶ Necnon *à ſolutione cuiuſ-cunque pedagij, collectæ, aut cuiuſuis alterius oneris, ubique locorum, eximimus et liberamus; ac iuriſdictioni et poteſtati noſtræ, & ſedis prædictæ, immediatè ſubijcimus.* ¶ *Inſi-gniaq; Collegij dictorum* Militum Piorum *eſſe uolumus, ima-ginem* Beati Ambroſii Epiſcopi, *ab una parte alicuius pen-dentis aurei, & ab altera, Inſignia noſtra; uel pro tempore, exiſtentis* Pontificis, *cum clauibus de ſuper, &* Tiara Põti-*ficia impendenti, per quemlibet ex dictis Militibus, & non per alios, geſtandi.* ¶ Ac *Militibus Pijs, qui Inſignia huiuſ-modi detulerint, ut enſem, & alia arma, in dicta* Vrbe, & *toto ſtatu eccleſiaſtico, & extrà eam, quibuſuis prohibitioni-bus, et bannimentis nequaquam obſtantibus, deferre ualeãt, pariter indulgemus.* ¶ *Cenſeantur quoque ijdem Milites, eorumq; ſucceſſores, & omni fictione ceſſante, habeantur, et ſint familiares noſtri antiqui deſcripti, ſeruato inter eos, ad Militiæ huiuſmodi officia, receptionis ordine, actu de-ſcripti; ſicut ex nunc, prout extunc, et ècontra quotiens de-ſcriptio ipſa fiet, deſcribimus & annotamus in literis, qui-*

Marginal notes: Eximuntur PII Milites ab ordinariorum iuriſdictione. — *Sunt immunes à pedagijs & aliis oneribus.* — Subiiciuntur Sedis apoſtolicæ iuriſdictioni. — *Quæ ſint eorum inſignia.* — *Qui inſignia geſtauerint, arma deferre poſſunt.* — *Sunt Pont. familiares ãtiqui deſcripti.*

bus ſamiliares noſtri, cont nui commenſales, & Cardina-
lium, ad Apoſtolatus apicem aſſumptorum, qui aſſumptionis
tempore, noſtris, & illorum reſpectiuè obſequijs, actu inſi-
ſtebant, ad effectum præcedendi alios, in aſſecutionibus be-
neficiorum eccleſiaſticorum, quæ uigore gratiarum expe-
ctatiuarum, & earum mutationum, collationum, extenſio-
num, & reualidationum duxerint acceptanda, deſcribun-
tur, ac deſcribi, & annotari conſueuerunt, immediatè antè
penultimum antiquorum familiarium, pro tẽpore deſcripto-
rum præfatorum, in eiſdem literis annotatos, & deſcriptos;
ità ut ipſi, omnibus, à dicto penultimo deſcripto citra (abſque
tamen dictorum deſcriptorum, & aliorum Sedis, & Cu-
riæ præfatarum officialium præiudicio) Dictiq; Milites, li-
teras gratiarum expectatiuarum, quotiens eas generaliter
concedi contingit, abſque aliqua ſignatura deſuper obtinen-
da, in prima earum expeditione, ad duas collationes, & duo
beneficia, per eorum quemlibet eligendas, etiam ſi unum
ex dictis beneficijs, aliàs ſub eorũdem Militũ gratijs expe-
ctatiuis, earumũe collationum, mutationibus, & extenſioni-
bus, pro tempore comprehenſis, diſpoſitioni Apoſtolicæ, ex
quauis cauſa, præterq; ratione illius uacationis apud Sedem
præfatam, aut familiaritatis continuæ commenſalitatis no-
ſtræ, & tunc uiuentis Ro. Pontificis, aut eiuſdem tempore
uacationis, ad id conſenſus requirendus foret alicuius Car-
dinalis dictæ Ro. Eccleſiæ, generaliter reſeruatum, uel ex
generali apoſtolica reſeruatione, aut aliàs quolibet affectum,
& cuius beneficij reſeruati fructus, redditus, & prouẽtus
Ducentorum Florenorum auri de Camera ſecundum
communem extimationem ualorem annuum non excedant,
expedire, & ipſum beneficium ſic generaliter reſeruatum

Effectus familia ritatis.

Priuilegia expe ctatiuarum Mili tum Piorum.

uel affectũ,et ſi ipſi Milites Pij,in ipſis gratiarũ expectatiuarum literis,uel conſtitutionibus, ſiue regulis Cancellariæ Apoſt. deſuper pro tempore editis, ſpecialiter & expreſsè excluderentur,aut aliàs,eorũ gratia limitaretur; et tã illud, q; alia quæcũq;,cũ cura,et ſine cura, ſæcularia, et regularia, ſub hmõi expectatiuis,et illarũ mutationibus, extenſionibus, et reualidationibus collationũ,et reſeruationibus, unionibus, mandatis,& alijs gratijs,eis, pro tempore, conceſſis, comprehenſa beneficia eccleſiaſtica, pro tempore uacantia; tam in dicta Curia præſentes, quàm ab ea abſentes, etiam in ipſa Curia, per procuratores ſpeciales & generales in genere,acceptare,& de illis, ſibi, etiam in genere, prouideri facere; ac illa conſequi,& habere;ac acceptationes,& prouiſiones huiuſmodi,ad beneficia particularia,etiam per procuratorem generalem ſpecificare. Notarij quoque inde rogati; iuxtà ſtilum Archiuij Romanæ Curiæ, ſuper acceptationibus,inſtrumenta,de beneficijs tunc uacantibus, cum pro parte ipſorum Militum Piorum, pro tempore exiſtentium, requiſiti fuerint,conficere poſſint, & debeant; ac acceptationes,& prouiſiones huiuſmodi,ualidæ et efficaces exiſtãt;

Poſſunt per ſuos procuratores acceptare.

¶ Ipſiq; Milites ad ſatisfaciendum conſtitutionibus, de publicandis acceptationibus,& prouiſionibus; ac illis intimandis poſſeſſoribus, editis, & pro tempore edendis, minimè teneantur. Ac omnibus & ſingulis priuilegijs, antelationibus, prærogatiuis,decretis,declarationibus,ſuſpẽſionibus, derogationibus, mandatis, uoluntatibus, immunitatibus, cõceſſionibus,et indultis,quò ad expectatiuas huiuſmodi,alijs familiaribus noſtris,continuis commenſalibus,etiam antiquis et deſcriptis literarũ apoſtolicarũ Scriptoribus,et Cubicularijs noſtris,et pro tempore exiſtentis Ro.pont.quõlibet con-

Gaudent priuilegijs familiarium Papæ, Scriptorũ & Cubiculariorum apoſt.

ceſſis, et cõcedendis; nõ ſolùm ad inſtar, ſed pariformiter, et æquè principaliter, ſine ulla differentia, prout ipſi antiqui, et deſcripti familiares, et Scriptores ac Cubicularij, utũtur, potiũtur, et gaudẽt; ac uti, potiri, et gaudere poterũt, quolibet in futurũ (ſine tñ eorũ præiudicio) utãtur, potiãtur et gaudeãt. ¶ Ac uolumus ꝙ dicti Milites Pij, qui pro tẽpore fuerint, de eorum officijs, ſiue locis, & emolumentis, quæ cum quibuſuis alijs dictæ Romanæ Curiæ officijs, compatibilia exiſtant, et per quoſcunque, nedum unum, ſed plura ſimul, uel ſucceſſiuè, etiam ultrà decem, obtineri ualeant; ac per ſolam ſignaturam concedi debeant, diſponere, & illa, in noſtris, & noſtrorum ſucceſſorum, pro tempore exiſtentium, quando ipſis Militibus Pijs placuerit, & in fauorem perſonarum, per ipſos nominandarum, ad inſtar officiorum dictæ Curiæ, manibus, reſignare, liberè & licitè ualeant. ¶ Ac reſignationes hmõi, ualidæ, et efficaces exiſtant, et ſuos effectus ſortiri debeant. ¶ Ac pro ſignatura cõceſſionis ſingulorum officiorum, ſiue locorum huiuſmodi, per reſignationẽ, ſiue per obitum, pro tempore uacantiũ, uigintiquinque, Datario; pro admiſſione uerò, Collegio Militum huiuſmodi, decem ducatos ſimiles pro expeñ Collegij, ſoluãt; ita tñ ꝙ Milites infrà nominati, et in expeditione, et poſt expeditionem præſentium literarũ nominãdi, et in libro Collegij huiuſmodi annotandi, uſque ad numerum Trecentorum Septuagintaqnque huiuſmodi duntaxàt, ij uidelicet, qui in calce noſtrarũ literarũ tantũ erũt deſcripti, infrà ſex menſes, à die, qua ipſi Milites deſcripti, ad participationẽ emolumentorũ ſuorũ hmõi officiorũ admiſſi fuerint, cõputãdos, ſua officia Militiæ hmõi in manibus noſtris, et pro tẽpore exiſtẽtis Ro. Põtificis, nulla compoſitione, ſeu admiſſione ſolutis; nec conſenſu,

Poſſũt ſinguli d eorum officijs, ẽt ſi vltra decẽ obtineant diſponere, et illa reſignare.

Soluere tenentur Datario pro cõpoſitione duc. 25 auri de camera.

Soluant pro admiſſione Collegio duc. 10. auri de Camera.

alibi præſtando, requiſitis, pro una uice tantum, infrà dictos ſex menſes, dimittere. Et ſupplicationes, admiſſionum, reſignationum, & conceſſionum huiuſmodi, per ſolam ſignaturam, etiam ſine regiſtratura, expediri, & partibus conſignari debeant; Ac perſonæ, in quas dictæ dimiſſiones, infrà dictos ſex menſes, fieri contigerit, gratis, & abſque aliqua compoſitionis, & admiſſionis, ſolutione, recipi & admitti debeant.

Collegium Militum hmôi pôt miniſtros deputare ac ſtatuta condere.

¶ Ac Collegio Militum huiuſmodi, miniſtros quoſcunque deputandi, ac deputatos amouendi, Collegialia iura, & inſignia, & auctoritatem, licentiamq́ʒ, ſtatuta, & ordinationes, eorumq́ʒ ſtatum tranquillum & proſperum, concernentia, condendi, & pro tempore condita, reſtringendi, ampliandi, & quotiens expedire uidebitur, in totum delendi, & alia denuò ordinandi, eaq́ʒ ſub pecuniarijs, eidem Collegio applicandis, & alijs, etiam ſuſpenſionis, ac perceptione emolumentorum diſtribuendorum, arbitrio dicti Collegij, pœnis, per deputandos, per ipſum Collegium, exigendis, obſeruari faciendi, licentiam & facultatem tribuimus & elargimur.

Poſſunt ſuas gratis expedire literas.

¶ Eiſdemq́ʒ Militibus Pijs pro tempore exiſtentibus, ut ſingulæ, pro eorum quolibet, literæ apoſtolicæ, etiam ſub plumbo, ſuper omnibus & ſingulis expectatiuis, ac eorum extenſionibus, ampliationibus, et alijs, eis per præſentes, conceſſis gratijs, etiam per Cameram, uel cancellariam Apoſtolicam, gratis expedire poſſint, indulgemus.

Milites Pii quoſcunq́ʒ alios Milites præcedunt.

¶ Ac præfatos Milites Pios, et alios quoſcunque, etiam S. Petri. et S. Pauli, ac Lauretanos, et S. Georgij, non tamen participantes, etiam Regum, Principum, & ordinum eorundem Regum, etiam Imperatoris, ac quarumuis Militiarum, & quorumcunq́ʒ ordinum, & Hoſpitalium

pitalium,ac etiam S. Ioannis Hieroſolimitañ, Milites, *et fratres,in incedendi ordine,etiã coràm nobis, & pro tempore exiſtente* Romano Põtifice,*et in quibuſuis locis, præcedere; & quando nos ,&* Rom. Pontifices *ſub baldachino præcedent , baldachinum huiuſmodi , deficientibus* Principum Oratoribus, *ſeu eis,ad id,non ſufficientibus, cum eis tamẽ præcedentibus, deferre poſſe uolumus .* ¶Quòdq; Milites Pij *huiuſmodi,& eorum ſucceſſores ab omni iocalium nuncupatorum,& aliorum quorumcumq; iurium , in dicta Camera ,ratione officiorum* Militum Piorum *huiuſmodi , ipſis nunc,et pro tempore,conceſſorum,ſolutione,et præſtatione, omninò ſint liberi, & exempti.* ¶*Et clerici ad notariatus officium pro tempore aſſumpti, ad geſtandum notariatus habitum non teneantur.* ¶*Et qui illum habere uoluerint, à pro tempore exiſtentibus* Collegij *dictorum* Militum *defenſoribus recipiãt; et in eorum, uel alicuius eorũ,manibus, ſolitum præſtent iuramentum .* Liceatq; *ipſis defenſoribus, ipſius* Collegij *nomine, & ſub communi ipſius ſigillo , proceſſus ſuper officio* Notariatus *duntaxàt,in ea forma,quam executores , in literis apoſtolicis , ad exhibendum inſignia* Notariatus *hmõi, pro tempore deputati, dare cõſueuerint ; dare ; proceſſus, aut exemptiones, prothonotarijs hmõi,per* Cameram *expediri ſolitos, à dicta* Camera *, iuxtà morem ſolitum,recipere ; & pro eorum ſingulis , cum illos habere uoluerint ;* Iulios *uiginti duos duntaxàt , computatis etiam iocalibus,ac camerarij ſigillo,et nõ ultrà,præfatæ* Cameræ, *ſoluere teneantur .* ¶Cæterum *cùm infraſcripti* Milites Centum Octoginta *ſeptem* Millia *et* Quingenta Scuta *auri in auro pro noſtris, & præfatæ eccleſiæ,neceſſitatibus prædictis ſubleuandis, & pro infraſcriptorum,eis aſſignatorum*

Poſſunt deferre baldachinum.

Sunt immunes à iocalibus.

Non tenẽtur geſtare habitũ notariatus.

Poſſunt dare proceſſus ſuper prothonotariatibus.

Soluant iul. 22. pro ſuis ſinguli proceſſibus.

prouentuum, precio, ſeu recompenſa, de proprijs eorũ pecu-
nijs, ut præfertur, obtulerint, ac in pecunia numerata, nobis
cum effectu perſoluere intendant; iuſtumq; ſit, & æquitati
conueniat, ut eorundem Militum uitæ adiumẽto, & indem-
nitatibus, taliter conſulatur, quòd ex bono, et charitatiuo of-
ficio, quo, in hoc, ergà nos, & dictam Ro. Eccleſiam, iuxtà
ſolutionem faciendam, ut suprà, ſunt perfuncti, nullo unquã
tempore, ipſi, eorumue ſucceſſores, iacturam, aut detri-
mentum ſuſtineant, de conſilio & aſſenſu, ac ſcientia, &
poteſtatis plenitudine ſupradictis, eiſdem Militibus Pijs, co-
rumq; in Militiæ officijs huiuſmodi, ſucceſſoribus, in perpe-
tuùm Gabellam Quatreni carnis, in Statu Eccleſiaſtico
(Alma Vrbe, & ciuitate Bononiæ, duntaxàt exceptis)
Impoſitam (cuius Impoſitionem perpetuò durare uolumus,
decernimus, & declaramus) ad Scuta Triginta quatuor
Millia, de Iulijs decem, annuatim arrendatam, & pro ſum-
ma Scutorum decem & octo Millium, ac Trecentorum ſe-
ptuaginta quinque ſimilium duntaxàt, Monti Piò, per nos
hodie erecto, aſſignatam, pro alijs Scutis Duodecim Millibus
Centum uigintiquinquè, de Iulijs decem pro Scuto; ac The-
ſaurariam Ciuitatis Camerini; omneſq; ipſius Ciuitatis,
& illius Territorij, ac eiuſdem Theſaurariæ, fructus, re-
ditus, et prouentus, ad Cameram Apoſtolicam pertinentes;
pro alijs Scutis Octo Millibus, & Quingentis, annuatim,
& ſingulo menſe, ratam integrè, & ſine aliquã retentione,
perſoluendis, perpetuò uendimus, tradimus, concedimus, &
aſſignamus; ita ꝙ dictum Collegium, omnibus alijs, pro
dicta ſumma Scutorum Octo Millium & Quingentorum
ex dicta Theſauraria, percipienda, præferatur. Et, ut
aſſignamentum huiuſmodi, omni difficultate, impedimen-

Prouentus Militibus Pijs aſſignati hic deſcribũtur.

toq; ceſſantibus, ſuum, ut par eſt, debitum ſortiatur effectum, uolumus, quòd dilecti filij Baptiſta Thomæ de Caualcantibus (quem Baptiſtam, fide & facultatibus idoneum, dicti Collegij Militum, Depoſitarium deputamus) & alij Gabellæ præfatæ conductores; necnon Ioſfredus Francus, & Petrus Ioannes de Gradis, dictæ Theſaurariæ Theſaurarij, nunc, ac in futurum Gabellam, & Thesaurariam, huiuſmodi, reſpectiuè in appaltum, adminiſtrationem, uel aliàs quomodolibet obtinẽtẽ; & tam ipſi, quàm alij quicunque eorum ſucceſſores obtenturi, ante quàm Gabellæ, & Theſaurariæ, prædictarum poſſeſſionem capiant, ſeu in illis ſeſe quoquomodo immiſceant, liberè, etiam proprijs nominibus, ſe Collegio Militum huiuſmodi, obligare, ac de ſoluendo ipſi Collegio ſummas reſpectiuè præſatas, annuatim, & ſingulo menſe ratam promittere, Ac futuri Gabellæ, & Theſaurariæ, conductores, idoneas cautiones banchariàs in Alma Vrbe deſuper præſtare debeant, alioquin ad Gabellam, & Theſaurariam prædictas, illarumq; redituum perceptionem, admitti nullatenus poſſint, nec debeant, & Appaltus, adminiſtratio, uel conceſſio dictarum Gabellæ & Theſaurariæ, ad quoſcunq; cum onere huiuſmodi tranſeant, ita quòd, etiam ſi obligatio, & promiſſio huiuſmodi factæ non forent, uerè tamen & non ficte, factæ intelligantur. ¶ Volentes, q̃ ſi huiuſmodi conductores, uel adminiſtratores, ut præmittitur, ſe non obligauerint, uel Milites Pios præſatos cautos non fecerint, aut per tres menſes à ſolutione dicti aſſignamenti ceſſauerint, liceat eidem Collegio, Theſaurariæ & quò ad Scuta Duodecim Millia Centum Vigintiquinque huiuſmodi, Ga-

bellæ præfatæ (ſine tamen præiudicio Collegij Mõtis præ-fati, reſpectu ſummæ ei aſſignatæ) introituum, ac iurium huiuſmodi, poſſeſſionem corporalem, propria auctoritate et abſque alio iuris, ſeu iudicis, miniſterio apprehendere; ac Theſaurariæ, et Gabellæ, huiuſmodi adminiſtratores, Col-lectores, & miniſtros quoſcunque, propria auctoritate ex-pellere, ſine aliquo ſpolij uitio, ac ſibi ſatisfacere; & Theſaurariam ac Gabellam prædictas retinere, donec eis fuerit integrè ſatisfactum, ac ſufficienter cautum, de eorũ aſſignamento huiuſmodi ex tunc in futurum ſoluendo. ¶ *Et ad maiorem Collegij & Militum Piorum huiuſmodi ſecuri-tatem, eiſdem Collegio & Militibus Pijs, ſpecialiter et ex-preſsè, ac in ſolidùm obligamus & hippotecamus ſubſidium triennale Prouinciæ Vmbriæ (ſine tamen præiudicio alio-rum Collegiorum, quibus pars dicti ſubſidij hippotecata exiſtit) ita ꝙ, in omnem euentum deficientiæ aſſignamen-torum eidem Collegio, ut suprà datorum, & uenditorum, ſeu alicuius eorũ partis, pro parte ſic deficientis, Collegiũ, & Milites Pij præfati, poſſint etiam propria auctoritate ad ſubſidium præfatum recurrere, & ſuper eo ſe releuare.* ¶ *Volumusq́;, ꝙ emolumenta, uel annui redditus præfati, dicto Collegio aſſignata, à Calẽdis menſis Aprilis proximè futuri incipiant, & inter Milites, qui infrà deſcribentur, pro rata diuidantur, & in futurum continuando, inter eos, iuxtà eorum diſtributiones, & ordinationes, diſtribuantur,* ¶ *Et ad probandum dicta Scuta Centum Octoginta ſeptem Millia et Quingenta, in neceſſariam, uel euidentem utilitatẽ eccleſiæ, et Sedis, earundẽ, cõuerſa fuiſſe, minimè teneãtur. Decernẽtes præſentes literas, quas uim, et robur cõtractus, & obligationis inter nos, & Sedem præfatam, ac dictam*

Habent ſubſidiũ triennale Vmbriæ pro tutiori cautela obligatum.

Cameram ex una,& Milites Pios ipſos,ex altera partibus, legitimè initi,& ſtipulati,obtinere. ¶ Ac pro præmiſſorum omnium & ſingulorum obſeruatione,nos,ac Sedem,& Cameram apoſtolicam,eiuſq; bona quæcũq;, etiam precioſa, ac cenſus,etiam in uigilia,& feſto, beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum,dictæ Cameræ debitos,eiſdem Collegio,et Militibus Pijs præfatis,obligamus,& hippotecamus. ¶ Et per quaſcunq; literas,& gratias, per nos, & dictos ſucceſſores noſtros,deſuper edendas, ſeu faciendas, & concedendas, derogari,clauſulamq;,cum eorum,uel earum, ſeu præſentiũ, derogatione,latiſſimè extendenda, ac ꝙ eædem præſentes literæ,earumq; tenores, pro expreſſis habeantur,in quibuſuis ſupplicationibus,& contractibus,inter,et per nos,et ſucceſſores noſtros,& cameram,ac Appaltatores,et alios conductores præfatos,& alias quaſcunque perſonas, pro tẽpore ſignatis,& initis, pro tẽpore appoſita,nihil penitus operari; Et illius uigore,in literis Apoſtolicis,ſuper ipſis obligationibus, conficiendis,quicquam,ultrà quàm in ſupplicationibus, huiuſmodi; ſpecificè ſit expreſſum,narrari non poſſe; ſicq; per modernos,& pro tempore exiſtentes eiuſdem Ro.Eccleſiæ Cameram,& dictæ Cameræ Clericos,et Præſidẽtes præfatos,ac alios quoſcunque Iudices,& Commiſſarios,etiã cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores,et præfatæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,in quibuſcũque cauſis, ſuper præmiſſis,uel eorum aliquo, pro tempore,motis,iudicari,& diffiniri,ac ſententiari debere.Sublata eis, & eorum ſingulis, quauis aliter faciendi,& iudicandi, omnino facultate et auctoritate. Necnon irritum & inane, quicquid ſecus, ſuper his, uel eorum aliquo, per eos, & alios quoſcunq; quauis auctoritate, etiam per nos, et ſucceſſores noſtros præfatos,

Habent Milites Pij omnia Sedis & Cameræ apoſtolicæ bona etc. obligata.

ſcienter, uel ignoranter, contigerit attemptari. ¶ *Necnon mandantes eiſdem Camerario, Præſidentibus, & clericis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ac omnibus & ſingulis alijs, ad quos, id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit, ut ſummam Scutorum Centum Octoginta ſeptem Millium & quingentorum huiuſmodi gratis, ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponentes, & deſcribentes, ſcripturasq; neceſſarias, & opportunas, & obligationes deſuper conficientes, ac contractum, per nos ſic celebratum, & bonam fidem noſtram recognoſcentes, & ſequentes, faciant eiſdem Militibus Pijs ſuper præmiſſis, & eorum ſingulis, plena, inuiolabiliq; obſeruatione, quodcunq; inſtrumentum publicum obligatorium bonorum ſpiritualium & temporalium Romanæ Eccleſiæ, & cameræ, præfatarum, ad ipſorum Militum Piorum requiſitionem; prout etiam nos facimus per præſentes.* Et in aliquem ex dictis euentibus, abſque alterius declarationis, ſeu mandati, expectatione, de præmiſſis, debitam & integram eis ſatisfactionem impendant. ¶ *Volumusq;, quòd idem Camerarius, ac uniuerſi & ſinguli Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, & alij in dignitate eccleſiaſtica conſtituti, in dicta Curia, & extra eam, reſidentes, ac per Collegium Militum Piorum huiuſmodi, & eorum ſingulos, eligendi, & eorum ſingulis, per ſe, uel alium, ſeu alios, auctoritate noſtra, dictis Militibus, in præmiſſis, efficacis aſſiſtant præſidio defenſionis.* Faciantq; eos, & eorum ſingulos, eorumq; filios, ac, in quorum commodum, iuxta infraſcriptum indultum, teſtati fuerint; aliosq; ſupradictos, quotiens pro ipſorum parte, ſuper hoc, fuerint requiſiti, omnibus & ſingulis præfatis, pacificè frui, &

Mandat Camerario; & alijs cameralibus, ut ipſi Collegio, quæcũque inſtrumenta ſuper præmiſſis neceſſaria, & obligatoria cõficiãt.

Iubetur Camerarius, & alij hic deſcripti, ſuis p̃ſidijs, ipſos Milites, eorũq; priuilegia, tueri.

gaudere. Non permittentes eos, per quoſcunque, deſuper quomodolibet indebitè moleſtari, inquietari, aut impediri. Contradictores quoſlibet, & rebelles, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, uel præeminentiæ fuerint, per eaſdem cenſuras eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas, aliaq; iuris, & facti, quæuis opportuna remedia, appellatione poſtpoſita, omnino compeſcendo. Non obſtañ, Lateraneñ Concilij nouiſſimè celebrati, tam ſuper habitu, per noſtros, & dictæ Sedis Notarios, ſub pœnis inibi expreſſis, geſtando, quàm bonis Eccleſiæ Romañ, & Sedis earundem, non alienandis; Ac etiam ſanctæ memoriæ Simachi (Non liceat Papæ) & Innocentij IIII (Volentes) incipientibus; ac Pauli II, & Pauli IIII: aliorumque Romanorum Pontificum, etiam prædeceſſorum noſtrorum, etiam contrà exemptos, editis, & præfatis, & alijs, etiam de non acceptandis, uigore gratiarum expectatiuarum, beneficijs, diſpoſitioni Apoſtolicæ, generaliter reſeruatis; ac in fauorem ordinariorum, & alijs noſtris; & Cancellariæ huiuſmodi, pro tempore editis Regulis; & alijs Apoſtolicis, ac in prouincialibus, & ſinodalibus Concilijs, editis; generalibus, & ſpecialibus, conſtitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs, indultis, & literis apoſtolicis Cantorum, Capellanorum, & Abbreuiatorum, etiam de maiori parco, & Scriptorum, ac Cubiculariorum præfatorum, & aliorum Sedis, & Cameræ huiuſmodi, officialium Collegijs, eorumq; perſonis, per nos, uel quoſcunque prædeceſſores noſtros, etiam in uim contractus, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſimilibus: ac cum quibuſuis etiã derogatoriarum derogatorijs, alijsq; fortioribus, efficacioribus, et inſolitis clauſulis irritantibus, &

Quæ non obſtent priuilegijs Militũ hmõi hic ſpecialiter enarrantur.

alijs declarationibus, & decretis, etiam talibus q̃ illis, nullatenus, uel niſi de eorum quorum intereſt expreſſo conſenſu, & dictorum fratrum noſtrorum conſilio, etiam conſiſtorialiter habito, alijsq; modis, & formis ibi traditis uſquequaque ſeruatis, derogari poſſit, etiã ſi inter alia, caueatur expreſsè, quòd ſi eis derogari cõtingat, derogatio huiuſmodi nõ ualeat, niſi talis intentio derogandi, aliquibus perſonis, tũc expreſſis, per diuerſas in forma breuis, literas, cũ interuallo unius menſis, ſeu alterius temporis, eis præſentata prius, ac intimata & inſinuata fuerit, ac dictis Clericis, *et* Præſidẽtibus Cameræ, *ac* Fiſco *noſtro, conceſſis, et concedendis, et legibus imperialibus, quibus cauetur, in alienatione rerum* Fiſcaliũ *certam & exquiſitam formam, cum interuallo temporis, & candela accenſa ſeruandam fore, aliàs contractus ſint nulli, & inualidi, & recipiens, ad reſtitutionem unà cum fructibus teneatur.* Quibus *omnibus, illorum tenores; præſentibus pro ſufficienter expreſſis, et inſertis habentes, illis, aliàs in ſuo robore permanſuris, hac uice duntaxàt, & ad effectum omnium præmiſſorum, harum ſerie, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque.*

Officia Militũ Piorum non vacant per trienniũ à data præſentium computãn.

¶ Volumus *etiam, quòd per* Triennium, *à data præſentium inchoandum,* Officia *præfata, minimè per obitum uacent; ſed ad hæredes, dicto* Triennio *durante, decedentium, deueniant; & hæredes præfati, officium huiuſmodi abſque aliqua impenſa retinere, uel reſignare, & precium officiorum præfatorum recipere poſſint, & reſignationes præfatæ per nos, & noſtros ſucceſſores admitti debeant.* Quodq; Milites *in præſentibus literis nominandi duntaxat, & non alij, etiam poſt* Triennium *poſſint de medietate precij officij, ſeu officiorum* Militum Piorum, *per ipſos, ut infrà de-*


ſcribetur

obtenti, ſeu obtentorum, etiam in mortis articulo, etiam à Rom. Curia abſentes, etiam ſolummodo coràm notario, & duobus teſtibus, tam ex cauſa reſignationis, quàm ultimæ uoluntatis, diſponere; Et ſi etiam non diſpoſuerint, dicta medietas ad hæredes Militum infrà deſcribendorum, tranſeat, & hæredes præfati de dicta medietate diſponere poſſint, & iuxtà diſpoſitiones huiuſmodi, reſignationes, & prouiſiones, per Datarium, pro tempore exiſtentem, expediri debeant; ita tamen, quòd ſi in Italia, infrà tres, ſi uerò extrà, infrà ſex menſes, hæredes, ſeu ſucceſſores præfati, id Secretario Collegij debeant notificare. Vt autem præſentes literæ, ad notitiam omnium deducantur, ac per omnes, inuiolabiliter obſeruentur, uolumus, quòd illæ, in eadem Cancellaria apoſtolica, & audientia literarum contradictarum noſtrarum, ac in Acie campi Floræ, ac ualuis Baſilicæ Principis Apoſtolorũ, affigi, et publicari debeant, nc ij, quos ipſæ literæ concernũt, ſeu concernere poterunt quomodolibet in futurum (etiam ſi ad ipſorum notitiam non peruenerint, uel illas ignorauerint, nihilominus illos arctẽt, perinde, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent) aliquã poſſint excuſationem prætendere, uel ignorantiam allegare. Et quia difficile foret, earundem literarum notitiam, ad quaſcunque perſonas peruenire, & ubique illas præſentare, eadem auctoritate apoſtolica uolumus, & decernimus, quòd tranſumptis præſentium literarum, etiam per impreſſionem factis, manu alicuius Defenſoris dicti Collegij dictorum Militum Piorum ſubſcriptis, & ſigillo Camerarij noſtri præfati, ac eiuſdem Collegij, ſigillatis, plena, & eademmet fides, quæ adhiberetur præſentibus literis originalibus, ſi præſentarentur, ubique adhibeatur, tam in iudicio, quàm extra illud,

Poſſunt ẽt elapſo triẽnio de medietate officiorũ diſponere.

Nulli ergò omnino hominum, liceat hanc paginã noſtræ ere-
ctionis, inſtitutionis, creationis, receptionis, aggregationis, diſpenſationis, conceſſionum, ſubiectionis, indultorum, de-
ſcriptionis, annotationis, declarationis, uenditionis, traditio-
nis, aſſignationis, deputationis, hypothecæ, mandati, poſi-
tionis, recognitionis, factorum, derogationis, uoluntatum, & decretorum, infringere, uel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datæ Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quin-
genteſimo Quinquageſimo nono. Tertio Idus Martij; Pontificatus noſtri Anno primo.

✠ Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſſ.



✠ Ego F. Cardinalis de Turnoñ. Epiſcopus Oſtieñ.
✠ Ego R. Cardinalis de Carpo, Episcopus Portueñ,
✠ Ego F. Cardinalis de Piſanis. Eps Tuſculaneñ.
✠ Ego Fed. Cardinalis Cæſius, Eps Prænestineñ.
✠ Ego Io. Cardinalis Moronus, Eps Albanenſis.

✠ Ego Chriſtophorus Cardinalis Tridentineñ,
✠ Ego Geor. Cardinalis Darmaignaco.
✠ Ego Otho Cardinalis Auguſtanus.
✠ Ego B. Cardinalis de la Cueua.
✠ Ego R. Cardinalis S. Angeli maior Pœnitentiarius.
✠ Ego Tiberius Cardinalis Crispus.
✠ Ego Fuluius Cardinalis Peruſinus.
✠ Ego Io. Mi. Cardinalis Saracenus,
✠ Ego Io. Cardinalis S. Vitalis.
✠ Ego Io. An. Cardinalis Meſſaneñ.
✠ Ego Ia. Cardinalis Puteus.
✠ Ego Io. B. Cicada Cardinalis S. Clementis.
✠ Ego Ber. Cardinalis Traneñ.
✠ Ego Diomedes Cardinalis Ariañ.
✠ Ego Scipio Cardinalis Piſarum.
✠ Ego Io. Cardinalis Reomanus.
✠ Ego Io. Antonius Cardinalis Capiſuccus.
✠ Ego Tha. Cardinalis Gaddus.
✠ Ego Laurentius Cardinalis Strotius.
✠ Ego Io. Cardinalis Senoneñ.
✠ Ego Fr. M. Cardinalis Alexandrinus.
✠ Ego Clem. Monil. Cardinalis Aræ cœli.
✠.
✠ Ego I. Cardinalis Sabellus.
✠ Ego Io. Ant. Cardinalis S. Georgij.
✠.
✠.
✠.
✠ Ego A. Cardinalis Farneſius Vicecancellarius.
✠ Ego G. Aſc. Cardinalis Camerarius.

✠ Ego N. Cardinalis de Sermoneta.
✠ Ego Hip. Cardinalis Ferrarien̄.
✠ Ego Iu. Cardinalis Vrbinaten̄.
✠.
✠ Ego Aloiſius Cardinalis Cornelius.
✠ Ego Hier. Cardinalis Simoncellus.
✠ Ego C. Cardinalis Carafa.
✠ Ego Alf. Cardinalis Neapolitanus Regens.
✠ Ego Vitellotius Cardinalis Vitellius.
✠ Ego Carol. Cardinalis Borromeus.
✠.
✠. Barengus.
✠.
✠ Regiſtrata in Camera Apoſtolica.
Per me Alexandrum Peregrinum.

Procemium literarum.

PIVS EPISCOPVS Seruus Seruorum DEI, ad perpetuam rei memoriam. Cùm nos, pro subleuandis noſtris, & ſedis Apoſtolicæ neceſſitatibus, alijſq; rationabilibus de cauſis, unum Collegium Trecẽtorum ſeptuaginta qnq; uirorũ, q Milites Pij de numero participantiũ nũcuparẽtur, in Alma Vrbe noſtra, de Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. cardinalium cõſilio, et unanimi aſſenſu, erexerimus, & inſtituerimus, & pro cõpenſatione, et fructibus, Scutorũ centum octoginta ſeptem millium & quingentorum auri in auro, per dictos Milites, in noſtrum, et dictæ sedis ſubſidiũ, promptè nobis perſolutorũ, eorum Indemnitati (ut æquum erat) conſulere uolentes, eiſdẽ Militibus Pijs, eorumq; in Militiæ officijs huiuſmodi ſucceſſoribus, in perpetuũ Gabellã Quatreni carnis, in Statu Eccleſiaſtico (alma Vrbe, et ciuitate Bononiæ duntaxat exceptis) pro Scutis Duodecim milibus centum uigintiquinq;, de Iulijs decem pro Scuto; Ac

Enarratio erectiõis Collegii militũ, cũ prouẽtib. illi aſſignatis.

Theſaurariam Ciuitatis Camerini, oẽsq; ipſius Ciuitatis, & illius Territorij, ac eiuſdem Theſaurariæ fructus, redditus, & prouentus, ad Cameram apoſtolicam pertinentes, pro alijs scutis octo millibus et quingentis, annuatim, et ſingulo menſe, pro rata, integrè; & ſine aliqua retentione, perſoluendis, perpetuò aſſignauerimus; multis etiam ipſis militibus donatis priuilegijs, conceſſisq; gratijs; prout in noſtris deſuper ſub plumbo expeditis literis, ſub data Tertio Idus Martij, Pontificatus noſtri anno primo, latius continetur. Cumq; literis ipſis iam publicatis, quotidie maiores neceſſitates nobis, & eidem Sedi, (præſertim pro ſatisfactione debitorum, per prædeceſſores noſtros, & Cameram Apoſtolicam, sede uacante, contractorum) creuerint, & in lucem uenerint, et quàmplures, ut accepimus, honeſti uiri ſummoperè cupiant, (ut eis, ampliſſimis nostris priuilegijs prædictis frui, & gaudere liceat) Collegio Trecentorum ſeptuaginta quinq; uirorum à nobis instituto, aſcribi, cooptari, & numerari; Hinc est, quòd nos, præmiſſis neceſſitatibus, & alijs, quantũ cum Deo poſſumus, conſulere uolentes, habita ſuper his, cũ eiſdem fratribus nostris, in cõſistorio noſtro secreto, deliberatione matura, de eorum cõſilio, & unanimi aſſenſu, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dictis Trecentis Septuaginta quinq; uiris Militibus, alios centum & Sexaginta uiros, Milites ſimiliter Pios nuncupandos addimus: Collegiumq; præfatum, uſq; ad numerum Quingentorum & Trigintaquinq; uirorum huiuſmodi, adaugemus, extendimus & ampliamus. Decernentes dictum Collegium, non amplius Trecentorũ Septuaginta qnq;, sed Quingentorũ & Trigintaquinq; uirorũ, Militum Piorum nuncupañ, et non duo Collegia, ſed unũ dun-

Cauſæ pp quas Pont. auxit numerum Militum Piorum.

Numerus Militũ Collegio auctorum.

Numerus omniũ Militũ eſt 535

Vnicum tantum aūt duo collegia.

taxàt Collegium fore, & ab omnibus reputari debere; Ac quòd omnia & ſingula Indulta, gratiæ, facultates, Immunitates, exemptiones, & priuilegia, obligationes, hypothecæ, & cautelæ, ac alia quæcunq;, per nos, in dicta priori Collegij huiuſmodi erectione, dictis primis Trecentis & ſeptuaginta quinq; Militibus Pijs cōceſſa, & in dictis prioribus noſtris literis, ſub data Tertio Idus Martij, contenta, & deſcripta, his poſterioribus etiam Centum sexaginta Militibus Pijs, eidem Collegio incorporatis, donata, elargita, tributa, & conceſſa ſint, & eſſe cenſeantur. Ac illis omnibus & ſingulis, ipſi poſteriores Milites, eorumq; ſucceſſores potiantur, fruantur, & gaudeant, perinde, ac ſi dicta omnia Indulta, gratiæ, facultates, Immunitates, exemptiones, & priuilegia, obligationes, hypothecæ, & cautelæ, in præſentibus noſtris literis deſcripta, & de uerbo ad uerbum inſerta forent; quæ omnia hic pro repetitis, & ſufficienter expreſſis haberi uolumus. Cæterum, cum Centum & Sexaginta Milites huiuſmodi, octoginta Millia Scuta auri in auro pro noſtris, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, neceſſitatibus prædictis subleuandis, de proprijs eorum bonis obtulerint, ac in pecunia numerata nobis cum effectu perſoluere intendant, Iuſtumq; ſit, & æquitati conueniat, ut eorundem Militum indemnitatibus, ita conſulatur, quòd nullo unquàm tempore ipſi, eorùmue ſucceſſores, exinde iacturam, aut detrimentum ſuſtineant, de conſilio, & aſſenſu, ac ſcientia, et poteſtatis plenitudine ſimilibus, Eiſdem Quingētis et Trigintaquinq; Militibus Pijs, eorumq; in Militiæ officijs huiuſmodi ſucceſſoribus, ac eorum Collegio, ultrà Gabellam Quatreni carnis, pro duodecim Millibus Centum vigintiquinq;, & Theſaurariam Camerini, pro alijs octo

Gaudent eiſdem priuilegijs, quibus priores.

Summa pecuniarum per nouos 160. Milites perſoluen̄.

millibus et quingentis Scutis,eis,ut suprà aſſignatas, fructus redditus & prouentus Dohanarum Ripæ, & Ripetæ, ac mercium Almæ Vrbis, & directi triremium, ad Scuta centũ quatuor Millia, ad rationem Iuliorum X pro Scuto, locatarũ, & de præſenti arrendatarum; pro Scutis octo millibus auri in auro duntaxàt, annuatim, ac ſingulis menſibus pro rata, integrè, & ſine aliqua retentione, perſoluendis, perpetuò concedimus & aſſignamus. Ac Collegio ipſorum quingentorum, & Trigintaquinq; Militum huiuſmodi, etiã perpetuò applicamus, appropriamus, & incorporamus. Ac Collegium ipſum, eiuſq; tã priores, quàm poſteriores Milites huiuſmodi, in locum Dohanarum Almæ Vrbis; & Cameræ prædictarũ, quò ad ſummam scutorum Octo Millium huiuſmodi, ut præfertur, liberam, Immunem, & exemptam, per idem Collegium, uel ab eo deputandos, à modernis, & pro tempore exiſtentibus Dohanarum Almæ vrbis appaltatoribus, habendã, exigendam, & leuandam; Ac unà cum duodecim Millibus Centum Vigintiquinq;, ſuper Gabella Quatreni, & Octo Millibus ac quingentis scutis, ſuper Theſauraria Camerini præfatis, inter ipſos tam priores, quàm poſteriores Milites, æquis portionibus, diſtribuendam, quò ad omnia, ponimus, ſubſtituimus, & ſurrogamus, poſitoſq;, ſubſtitutos, & ſurrogatos eſſe decernimus. Volentes & decernentes, quòd Centum Sexaginta Milites præfati, alijs Trecentis ſeptuaginta quinq; primis, & Collegio huiuſmodi, aggregati, & confuſi ſint, & eſſe cenſeantur; Et inter ipſos Trecentos ſeptuaginta quinque priores, & Centum Sexaginta poſteriores Milites; aliqua, quantumuis leuis, & minima, aut etiam uerbalis, differentia non exiſtat; ſed tam Centum Sexaginta poſteriores, quàm Trecenti Septuagintaquin-

Vltrà prima aſſignamenta, denuò aſſignantur Collegio Militũ, Scuta octo millia auri in auro ſup Dohanis Almæ Vrbis.

que priores Milites huiuſmodi, in exactione, & diſtributione uniuerſorum emolumentorum, eis, ut præfertur, tam per priores, quàm per præſentes literas noſtras, aſſignatorũ, ac cæteris omnibus, coniunctim ambulent, & unum corpus, unicumq; Collegium inter ſe perpetuò faciãt, et conſtituãt in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi à principio oẽs Quingẽti & trigintaquinq; Milites inſimul per priores literas noſtras, cum omnibus aſſignationibus redituum prædictorum, creati et inſtituti fuiſſent. Et ut aſſignamentum Dobanarum huiuſmodi, omni difficultate impedimentoq; ceſſantibus, ſuũ, ut par eſt, debitum ſortiatur effectum, volumus, quòd dilecti filij hæredes Sebaſtiani de Monte acuto, & ſocij; Hæredes Iulij del Vecchio, & ſocij; ſiue eorum reſpectiuè Inſtitores; Franciſcus Iacobillus, nomine ſuo, & ſociorum; ac Io. Celſus de Nepe, moderni dictarum Dobanarum Almæ Vrbis conductores, ſiue appaltatores, ac in futurum Dobanas huiuſmodi reſpectiuè in Appaltum, adminiſtrationem, uel aliàs quomodolibet obtenturi, liberè, ſe Collegio Militũ huiuſmodi, eorum appaltu durante, obligare, ac de ſoluendo ipſi Collegio ſummam Scutorum Octo millium prædictam annuatim, ac ſingulis menſibus, pro rata, promittere; ac futuri Dobanarum Almæ Vrbis conductores, Idoneas cautiones banchari as, in Alma Vrbe, deſuper præſtare, debeant ac teneantur; alioquin ad Dohanas prædictas, illarumq; redditu um perceptionem, admitti nullatenus poſſint, nec debeant. Et appaltus, adminiſtratio, uel conceſſio dictarũ Dohanarũ, ad quoſcunq;, cum onere ſoluendi quotannis dicto Collegio, dicta ſcuta Octa millia, tranſeant, ac tranſire debeant; Ità quòd, etiam ſi obligatio, & promiſſio huiuſmodi perſonaliter factæ non forent, ueræ tñ, et realiter factæ intelligantur. Et

Dohanerii Vrbis tenẽtur ſe obligare de ſoluen. quotãnis Collegio Militũ Piorũ ſcuta octo milia auri ĩ in auro, vcz ſingulis mẽſibus ratam partem.

ut facilius

ut facilius ipſius Collegij iura conſeruentur illæſa, & præmiſſa omnino ſuum ſortiatur effectum, volumus quòd dilecti filij noſtri Donatus Matthæus Minalis*, modernus, ac pro tēpore exiſtens generalis Theſaurarius noſter, ac Frāciſcus Odeſcalcus, Cameræ noſtræ Præſidens, Collegij huiuſmodi aſſignamenta, &* Iura *quæcunq; in dicta Camera, & ubiq;, tueri, ac defendere debeant ac teneantur: Quòdq; totius numeri* Militum *huiuſmodi Piorum, ſcilicet Quingentorum & Trigintaquinq; Nomina, & cognomina, in calce noſtrarū huiuſmodi literarum deſcribātur; Quæ etiam à dilecto filio noſtro Alexandro Peregrino, Cameræ noſtræ Apoſtolicæ* Notario *(quem ob ſingularem eius probitatem, & erga nos diutinam gratiſſimamq; ſeruitutem, Collegij huiuſmodi Secretariū, cum ſalario, & prouiſione, per* Datariū *noſtrū, declarandis, conſtituimus, & deputamus) ad perpetuam rei memoriam, in libro, ad hoc, deſtinato, annotari & deſcribi uolumus & mandamus.* Vt *autem præſentes literæ, ad notitiam omnium deducantur, ac per omnes Inuiolabiliter obſeruetur, uolumus, quòd illæ, in eadē Cācellaria Apoſtolica, & audientia literarum contradictarum noſtrarum, ac in* Acie Campi *Floræ, ac Valuis Baſilicæ Principis apoſtolorum, affigi, & publicari debeant; ne ij, quos ipse literæ cōcernunt, ſeu concernere poterunt quomodolibet in futurum (quæ, et ſi ad ipſorum notitiam nō peruenerint, uel illas ignorauerint, nihilominus illos arctent, perinde, ac ſi eis perſonaliter intimare forent) ullam poſſint excuſationem prætendere, uel ignorantiā allegare.* Et *quia difficile foret, earūdem literarū notitiam, ad quaſcunque perſonas peruenire, & ubique illas præſentare, eadem auctoritate Apoſtolica uolumus, & decernimus, quòd Tranſumptis præſentium literarum, etiam*

Iubetur Theſaurarius generalis ac Præſidēs Cameræ tueri Iura ipſius Collegij.

Deputatio Secretarii Collegii Militum Piorū.

per impreſſionem factis, manu alicuius defenſoris, ac Secre-taŕij Collegij dictorum Militum Piorum ſubſcriptis, & ſigillo eiuſdem Collegij, ſigillatis, plena, & eademmet fides, quæ adhiberetur præſentibus literis originalibus, ſi præſen-tarentur, ubiq; adhibeatur, tam in Iudicio, quàm extrà illud. Nomina uerò, & cognomina, omnium Militum Piorum, tam priorum, quàm poſteriorum, numero Quingẽtorum & Tri-gintaquinq; hæc ſunt, quæ ſequuntur; uidelicet.

Nomina & co-gnomina omniũ Militũ nu. 535.

¶ *Alexander Serbellonus pro* 2. *Alexander Peregrinus Collegij Secretarius pro uno, Alexander Triuultius pro* 1. *Alexander Cremona pro* 2. *Alexander Glorierius pro* 1. *Alexander Riarius pro.* 3. *Alexander Tingoli pro* 1. *Alexander Olgiatus pro.* 3. *Alexander Columbus pro.* 1. *Alexander Ramazzotus.* 1. *Alexander Melchiorius à Macerata.* 2. *Antonius Cæſanus Piſanus.* 2. *Antonius Portigianus.* 1. *Antonius de Baros Luſitanus.* 1. *Antonius de Anticis.* 1. *Antonius Franciſcus Patricius.* 1. *Antonius Maria de Amicis.* 1. *Antonius Mileſius.* 1. *Antonius Cẽtius* 1. *Ardicinus de la Porta.* 1. *Anibal Ceuli.* 1. *Anibal Caſalius* 1. *Aſcanius Clementini.* 1. *Alphonſus Gundiſalui.* 1. *Alphon-ſus de Innocentijs,* 1. *Apollonius Criſpus.* 1. *Arnaldus Ali-bertus,* 1. *Aluarus Nunez.* 1. *Antinorius Auguſti.* 1. *Augu-ſtinus Auria q. Bartholomei* 1. *Aurelius Naſturcius.* 1. *Aurelius Ghiſilerius.* 1. *Aurelius Cataneus.* 1. *Andreas Cornelius,* 1. *Bonauentura Pius.* 1. *Blaſius Marcellinus.* 3. *Blaſius de Caſaruuios.* 2. *Baccius Angiolleli.* 1. *Bartholo-meus Caſtracanius.* 1. *Bartholomeus de Scapis.* 1. *Bartholo-meus Perinus.* 1. *Bartholomeus Liſcardus.* 1. *Bartholomeus Mariani Reatinus.* 1. *Bartholomeus Rozzius.* 1. *Bartholo-meus Aueraldus.* 1. *Bartholomeus Bonichius.* 1. *Bernardi-*

nus de Valle. 2. Bernardinus de Silueſtris. 1. Balthaſſar Foſſius. 2. Baptiſta Riccius. 1. Balduinus Maſſa à Galleſio. 2. Bernardinus de ſancta Cruce. 1. Cæſar Symoneta. 1. Cæſar Olgiatus. 2. Cæſar de Valle. 1. Cæſar Maſuccius. 1. Cæſar Bollatus. 1. Camillus Accorābonus. 1. Camillus Cucinus. 1. Camillus Mutius. 1. Camillus Palma. 1. Camillus Rotella de Macerata. 1. Carolus Canigianius. 1. Colantonius Grignius. 1. Cornelius Porchius. 1. Cinus Campana. 1. Cola Coleini. 1. Chriſtophorus à Laude. 1. Claudius ab Innocentijs. 1. Creſcibennius à Creſcibennijs. 1. Collegium inſigne Docto- rum Mediolani. 2. Dominicus Ragnina Raguſæus. 2. Do- minicus Fontanettus. 1. Dominicus Cardulus. 1. Didacus Molina. 2. Domitius Breſcianius. 1. Eneas Deſiderius. 3. Egidius Delfinus. 1. Franciſcus Bernardini Galenagus. 2. Franciſcus Vicus. 2. Franciſcus Feſtus. 1. Franciſcus Ghe- rardinus. 1. Franciſcus à Porta. 1. Franciſcus Niger Au- guſtini fil. 1. Franciſcus à ſancta Cruce. 2. Franciſcus Ca- ſtracanius. 1. Franciſcus Io. Lodouici. 1. Franciſcus Guerra. 1. Franciſcus Tellezius. 1. Franciſcus Iacobillus. 1. Franciſ- cus Cicolinus. 1. Franciſcus Piccolhomineus. 1. Franciſcus Tonanus. 1. Fabius Ceuli. 4. Fabius Riccius. 1. Filenus Blanchi. 1. Ferrantes Veroſpa. 1. Fabritius Albretus. 1. Fabritius Aligerius. 1. Federicus Montonius. 1. Fœlix Achilleus. 1. Franciſcus Carena. 1. Franciſcus Antonius de Donatis. 1. Franciſcus Cincius. 4. Gregorius Iannotus. 1. Gregorius Philippinus. 1. Gignius Nicolai à Surgo Ra- guſæus. 2. Gentilis Iulij Nobilis. 1. Gaſpar Paganus. 1. Gabriel Faloppius. 1. Gulielmus Martellus. 1. Hieronimus Martinengus Abbas pro. x. Hieronimus Moronus. 1. Hieronimus Baggius. 1. Hieronimus Paganus. 1. Hieronimus

Auila.1.Hippolitus Lāponianus. 1. Hieronimus Ruitius.1. Hieronimus Lerma.1.Hieronimus Caſtillioneus. 1. Hieronimus Alicardus. 1. Hieronimus Oldradus. 1. Hieronimus Marchettus.2. Hieronimus Palearinus. 1. Hieronimus Panſnilinus.2.Hieronimus Vechianus.2. Hieronimus ab Amicis. 1.Hieronimus Camilli Rotella de Macerata. 1, Hieronimus à Frāchis Illuminatis.1.Hieronimus Citadinus.1.Hieronimus Montaretus.1.Hilarius Maurus.1. Horatius Bollo.1. Iulius Riccius pro 10.Iulius Iouius.1.Iulius de Grādis,4.Iulius Glorierius.1.Iulius Cæſar Tingolius.1.Iulius Brunius. 2.Iulius Ancroia.1.Iulius Iacobillus.3.Iulius Cæſar Mariſcottus.1.Iulius Alfarus.1.Iulius Caualcāti.1.Iulius Fuſcherius.1.Ioannes Riccius Iunior.10.Io.Martini Procerus.1.Ioānes ſymoneta.1.Io.Pacinus.2.Io.Donatus de Carolis.1. Io.Suarez.1. Io.à Marchis.1.Io.Iulij Tarquinij.1.Io.Celſius à Macerata 1.Ioannes Beliardus.1.Ioannes Baptista Serbellonus.1.Ioannes Paulus Serbellonus, 1.Ioannes Franciſcus Serbellonus. 1.Io.Baptista Auria.6.Io.Baptiſta Lomellinus.1. Io.Baptiſta Antonij Maſſæ.2.Io.Baptista q. Bernabæ Spinula. 1. Io.Baptista Casnedus.1.Io.Maria Carimboldus. 1. Io. Baptiſta de Valle.1. Io.Baptiſta Gomerius. 1. Io. Baptiſta Capogallus.1.Io.Baptista Luragus.1.Io. Baptista Donini. 1. Io.Baptiſta Gaſparis à Racaneto.1.Ioannes Moronus.1. Io. Iacobus Mondanellus.1. Io.Strauacinus.1. Io.Ambroſius Galanegus.1.Io.Franciscus Commendōn.2.Io. Franciſcus Ferrarius.1. Io. Franciſcus Garimbertus. 1. Io.Franciſcus Lottinus.1. Io.Antonius Odeſcalcus. 1. Io.Antonius Petri Baldrini.1.Io.Angelus Criuellius.2.Io.Angelus Galliottus. 1.Io.Albertus Bargiaſcus. 1. Io.Camillus Gabutius.1. Io. Antonius Fuſcherius,1.Io.Maria Cathaneus.1.Io.Baptiſta

Luzzagus.1.Io Paulus ab Innocētijs. 1.Io.Baptiſta Piccolhomineus. 1. Io.Baptiſta Cæſarenus .1 . Ioannes Gallettus.1. Iannotus caſtillioneus.1. Ioſephus Billiardus .1 . Iofredus Lomellinus.1.Iacobus Marmita.1.Iacobus Roderici.1.Iacobus Libretus.1.Iacobinus Billiardus.1.Io.à Leuco Caſſani.1.Io. Anſelmus Baptiſtæ Caualcāti.1.Io.Maria Gabrielis Pichij. 1.Ioannes Aluiſius Trompellus.1,Io.Angiolellus.1.Io.Baptiſta Louellinus.1.Ludouicus Aquilanus.1.Ludouicus Stagius 1.Ludouicus à Gualbis.1.Ludouicus Sergardus.1 . Ludouicus Antonij Anticus.1.Ludouicus Taſſignus. 1. Lucas Nicolai de Surgo Raguſeus.2.Leonardus Bonacurſius.1. Leonardus Salandinus.1.Leander Maſſarius.1. Leander Tuſcanus.1 .Loretus Pauli Angeli.1. Laurentius Quintius.1. Lucas Antonius ab Orlandis.1.Lupus Suarez. 1. Lucianus Benincaſā.1.Lelius Roberti Vbaldini.1. Lazzarus valentini.1. Marcus Cornelius Iunior.1.Marcus Cornelius Senior pro. 2.Marcus Salonius.1. Marcus Antonius Corteſela.1.Marcus Antonius Olgiatus.1.Marcus Antonius Eugenius.1.Mutius Ceuli pro.3. Mutius Ca peccia.1.Mutius Vipereſcus.1. Michael Enzinas.1. Michael Mattienzius. 1. Michael Delgado. 1 . Melchior Nigronius . 2 . Matthcus Antonius Corregius.1. Marcellus Ferrus. 1. Marcellus ab Innocentijs. 1 . Marcus Antonius Maeſtrellus . 1 . Marcus Antonius Manninus . 1 . Maximilianus Mocellanus . 1 . Melchior Bilius Mediolaneñ . 1 . Nicolaus Nobilis . 1 . Nicolaus Sirigo . 1 . Nicolaus Bilius.1. Nicolaus Rutilonus 1.Nicolaus Ripantius . 1 . Nicolaus à Saſſeta . 1 . Nicolaus Confidatus. 1. Niger Auguſtini Nigri.1. Octauius Riarius 1.Octauianus Pāphilius.1.Octauianus Olgiatus.1.Octauianus Gentilis.1.Oliuerius Bertholoni.1.Oliuerius Burich.1.


Octauius Adami à Firmo.1. olimpius Io. Baptiſtæ Boſſi. 1. Petrus Ximenez.2.Petrus Valdcuieſius.1. Petrus Enzinas 1.Petrus Niger.1. petrus Groſſus. 2. Petrus Roderici de Baros.1.Petrus Gūdiſalui de peſchera.1.petrus Rodriguez 1.Petrus Leopardi.1.petrus Canonicus Brixieñ.1. Petrus Cubeles.1.Petrus Gometius Freyle.1. Paulus Manilius.1. Paulus Adriani à Macerata.1.Paulus Montacutus.1.Paulus Camilli Bollatus.1.Pomponius Raganus.1. Petrus Loyſius Fidelis.1.Petrus Maria ringolius.1. Paulus Anaſtaſius.1. Petrus Antonius Bernardi.1.Petrus Baros.1.Philippus Ruiz 1.Philippus Io.Nobilis.1.Philippus de Grandis. 1. Philippus de Mala.1. Raynerius Ceuli pro 4. Raynerius Conſul.1. Roſatus Roſeus.1.Rochus Pyſſimus.1.Raphael Fiochettus.2. Raphael simoneta.1.Ramazzotus Ramazzoti.1. Silueſter Gottardus.2. siluēſter Corſius.1. Stephanus Querrus.1. Saluator Peregrinus.1. Sincerius Gradarius.1. Siluius Antonianus.1. Sebaſtianus Anaſtaſius.1.Scipio Aliger.1. sinibaldus Mozzius.1.sigiſmundus Albanus.1.Tullius Garzinus.1.Thomas Niger.1.Thomas Fuſcherius.1.Thomas Baptiſtæ Caualcāti.1. Reuerēdiſſimus Vitellotius Vitellius Cardinalis.3.vincētius Baldinacius.3.Vincētius Lauaianus 1.Vincētius Marmita.1.Vincētius Macaranus.1.Vincētius Lucatellus.1.vincētius Guardinus.1.veſpaſianus Auriſpa.1.

Notandi à Præſidente habentur pro hic deſcriptis unà cum nominatis.

Franciſcus Odeſcalcus Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Præſidens pro Centum et uigintiduobus; cum poteſtate ad officia huiuſmodi numero CXXII. quos uoluerit quandocunq; nominandi, & ab eo nominati, cenſeantur hic in calce præſentium noſtrarum literarum, unà cum ſupraſcriptis, deſcripti, & annumerati, & iiſdem Indultis, & gratijs, quibus ſupradicti Milites potiuntur, & gaudent, potiantur fruan-

tur & gaudeant. Nulli ergò omnino hominum, liceat hanc paginam noſtrarum additionis, auctionis, extenſionis, ampliationis, conceſſionis, aſſignationis, applicationis, appropriationis, incorporationis, poſitionis, ſubſtitutionis, ſurrogationis, conſtitutionis, deputationis, mandati, uoluntatum, & decretorum, infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, Indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datæ Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno primo.

✠ Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.



✠ Ego R. Cardinalis de Carpo, Epiſcopus Portueñ,
✠.
✠ Ego Fed. Cardinalis Cæſius, Eps Prœneſtineñ.
✠.
✠.
✠ Ego Chriſtophorus Madrutius Card. D. Trideñ.
✠ Ego Otho Truchſes ð VValburg Card. Auguſtañ.
✠ Ego B. de la Cueua, Cardinalis Sanctæ ✠.
✠ Ego Tiberius Cardinalis Criſpus.
✠ Ego Io. Mi. Cardinalis Saracenus,
✠ Ego Io. Cardinalis S. Vitalis.
✠ Ego Io. An. Cardinalis Meſſaneñ.
✠ Ego Ia. Cardinalis Puteus.
✠ Ego Io. B. Cicada Cardinalis S. Clementis. ſſ.
✠ Ego Scipio Cardinalis Piſarum.
✠ Ego Io. Cardinalis Reomanus.
✠.
✠ Ego Fr. M. G. Cardinalis Alexandrinus.
✠ Ego Clem. Monil. Cardinalis Aræ cœli.
✠
✠ Ego Io. Ant. Cardinalis S. Georgij.
✠.
✠.
✠ Ego Hip. Cardinalis Ferrarieñ.
✠ Ego Iul. Cardinalis Vrbinateñ.
✠ Ego Aloyſius Cardinalis Cornelius.
✠ Ego Vitellotius Cardinalis Vitellius.
✠ Ego Carolus Cardinalis Borromeus.

F. De Lyon.

Regiſtratæ in Camera Apoſtolica, ꝑ me Alexandrũ Peregrinum, eiuſdem Cameræ Notarium, & Collegij Militum Piorum, Secretarium.

OBLIGATIO D. DOhaneriorum Vrbis, pro Collegio DD. Militum Piorum.

DIE XIII. *Menſis Nouembris* 1569. *Magnifici Domini Thomas de Bardis, tanquàm socius, & inſtitor, hæredum Sebaſtiani de Monte acuto, & ſociorum, Mercatorum Florentinorum; ac* D. Antonius *corſinus, uti socius, & inſtitor, hæredum* Iulij *del* Vechio, *& ſociorum*; necnon D. Ioannes *Celſus* de Nepe, ac D. *Franciſcus* Iacobillus, *per* D. Venantium Bernabeum, *eius procuratorem, omnes* Merc. Romanam Curiam, *reſpectiuè ſequeñ.* ac Dohanerij Almæ Vrbis, *promiſerunt ſoluere, eorum appaltu* Dobanarum Vrbis *durante*, Collegio Dominorum Militum, *Piorum nuncupatorum, in manibus Dominorum Thomæ caualcanti*, Io. Giraldi, *& ſociorum, Mercatorum* Florentinorum Ro. cu. *ſequeñ. eiuſdem* Collegij *Depoſitariorum, ſingulis* Annis, *ſummam scutorum Octo millium auri, ad rationem vndecim Paulorum pro* Scuto; *per* Sanctiſſimum D. N. *Collegio Militum* Piorum *præfato, ut in præinſertis literis narratur, aſſignatorũ; videlicet ſingulis menſibus, & in fine cuiuslibet menſis, ratam partem;*

obligantes ſeſe propterea, ac bona ſua quæcunq; &c. nominibus quibus ſuprà, in ampliori forma cameræ Apoſtolicæ; cum clauſulis conſuetis. Iurarunt &c, & aliàs, prout in actis mei Alexandri peregrini, cameræ Apoſtolicæ Notarij, & dicti Collegij ſecretarij, latius continetur.

Alexander Peregrinus, huiuſce receptæ promiſſionis, eſt notarius.

Et quia supra impressa duo lrarum Aplicorum
exemplaria sumpta fuerunt e suis originalibus
lris, cum quibus diligenter collata, fideliter
concordant, Ideirco ego Alexander Peregrinus
Nouocomensis, cameræ Aplicæ notius, ac colleg.
Dnorum militum Piorum Secret.s exemplaria dicta
manu unius ex Rdis dnis dicti collegij defen
soribus subscripta, et eiusdem collegij sigillo
hic infra tenden, munita, ad instantiam nobilis
viri D. Philippi Mariæ Calefati, ciuis Pisani,
unius ex officijs Dnorum militum Piorum obtinentis,
subscripsi, publicaui, et autenticaui, in fidem
præmissorum rogatus.

AD REVERENDISS. IN CHRISTO PATREM D. LVDOVICVM SIMONETAM,

Epiſcopũ Piſaureñ.

A libellis Pontificiis, in eos, qui, munus Secretarii Collegii Piorum Militum, nõ admodum fore neceſſarium, dictitant,

Alexandri Peregrini Nouocomeñ, eo munere donati à benignitate PII *Quarti Pont. Max. breuis, ac neceſſaria defenſio.*

QVANTVM, *Reuerendiſs. D. Benignatis ſummi noſtri Pontificis debeo, qui pro ſua innata bonitate, & ergà me, ſingulari beneficentia, inſignis Collegij Militum Piorum à ſe in Vrbe inſtituti, me Secretarium eligere dignatus eſt; tantum mirari non deſino quorundam, non dicam inſcitiam, ſed preceps iudicium; qui dictitant, hoc ſecretarij munus, ipſis Militibus minimè neceſſarium, ſed ſuperfluum, ac ocioſum fore. In quo quidem, duplici de cauſa errare mihi uidentur. Nanq; & ipſius Pont. in conſtituendo Secretario, prudens conſilium non rectè improbare, & honori meo*

(quod eorum pace dixerim) inuidere uidentur. Verùm *ſi rationes, quibus Pont. ipſe adductus eſt, æquis animis admiſerint, eos, talem ſecretarij deputationem, non modò non improbaturos, ſed ſummoperè, uti rem ualde neceſſariã, ipſiq; Principi, totiq; Collegio utiliſſimam, laudaturos eſſe ſpero. Primùm igitur eos meminiſſe oportet, in literis crectionis Collegij, inter alia quàmplura Militibus Pijs conceſſa, & indulta, hoc precipuum extare; ut officia Militum, per Triennium, à die literarum, per obitum non uacent, sed ad hæredes decedentium deueniant; Poſt elapſum autem Triennium, pro media parte non uacent, ſed ad hæredes tranſeant. Si quis ergo è Quingentis Triginta quinq; Militibus (tot enim numerantur) inteſtato, uel forſan condito teſtamento, ſiue præsens in Curia, ſiue abſens, deceſſerit, nonne opus erit, cum, qui ſe hæredem eſſe dicit, ſi uelit in officio Militis Pij defuncti ſuccedere, publicis documentis probare, ſe hæredem eſſe? Et ſi paratus ſit inſtrumentis docere, penes quem documenta ſua exhibebit, ſiue deponet? num penes Mercatores pecuniarum Collegij depoſitarios, homines literarum expertes? an Capellanum (ut uocant) Collegij, praxis Notariorum rudem & ignarum? cuius munus tantum eſt, denunciare Militibus, quando pro negocijs collegij conueniendum ſit; an penes Collegij defenſores, qui ad certos tantùm menſes deputantur, nec ſemper ijdem ſunt; ſed finitis menſibus quibuſdam mutantur; & quorum munus in hoc uerſatur, ut Iura Collegij pro uiribus tueantur? certè ſi neminem ex ijs, uel ob imperitiam praxis, uel ob uarias eorum occupationes, habilem, uel idoneum huic muneri fore conſtat, neceſſe erat*

aliquem, qui huic muneri peculiariter uacaret, præficere. Et cuius partes erunt, Teſtamenta, & alia documenta publica corám ſe prolata, diligenter, & acutiſſimè inſpicere, & conſiderare; num ritè & rectè, & à publicis probisq; tabellionibus confecta ſint; alioquin ea reicere. Præterea, num Teſtator deceſſerit, uel fortaſſe etiam uiuat; An laborent Teſtamenta ſuſpicione ſuppoſitarum perſonarum, loco Teſtatorum. Ad ipſum etiam ſpectabit Secretarium, teſtes ſuper obitu teſtatoris recipere; & ſi non probent, donec acceſſerint alij, qui probent, ſuperſedere. Quòd ſi quis decedat, nullo relicto, aut non exiſtente hærede, certior faciendus erit Reuerendiſſimus pro tempore Datarius, quò poſſit officium Militis Pij defuncti, cuius nullus reperitur hæres, uendere, & de illo alij prouidere. Similiter ſi quis condito Teſtamento, uel ab inteſtato, deceſſerit, relictis, uel nominatis, certis ſuis hæredibus, inter quos fortaſſe erunt & fœminæ, animaduertendum erit, in quonam ex dictis hæredibus, officium à Milite Pio relictum, collocandum erit; nam ſæpe inter ipſos hæredes oriuntur controuerſiæ; & ideò prouidendum, ne cui fiat iniuria, ſed omnibus ſuum, pro æquitate, ſeruetur Illibatum ius. Hæc autem, & complura alia, pertinent ad munus Secretarij, ſi ſuo probè fungi uelit officio; præſertim cum de maximo ipſius Pontificis, eiusùe fiſci agatur præiudicio ſi uel ob incuriam, uel imperitiam, uel ob corruptionem, admittantur inſtrumenta, quæ non debent, nec poſſunt admitti; & ſic officia, pro tempore uacantia, Militum Piorum ſine hæredibus morientium, non ad ipſum Pontificem, ſed ad hæredes non ueros peruenerint, ſiue alio prætextu ſucceſſores. Ab his omnibus labo-

ribus, fraudibus, et periculis, tuti ſunt Secretarij Collegioru͂ Sancti Petri, & ſancti Pauli, & complurium aliorum à Summis Pontificibus inſtitutorum, quorum Militum officia, per obitum, integra apud ipſum Pontificem ſtatim uacant, nec quicq; eorum ad hæredes tranſit; Secus uerò in officijs Militum Piorum, ut ſuprà docuimus, euenit. Eos præterea, qui Secretarij munus nõ admodum neceſſarium eſſe contendunt, scire oportet; Militum Piorum in literis deſcriptorum officia, exacto triennio, per obitum uacantia, pro media parte, ad ipſum Pontificem, pro altera parte, ad hæredes Militis defuncti, ſpectare, & pertinere. Si qui igitur Milites poſt triennium deceſſerint, eorum hæredes pro dimidia parte officiorum, quæ defuncti obtinebant, proculdubio ſuccedunt. his ſuccedentibus, quorumnam futuri ſint officiorum, tituli, ipſius Pontificis, an hæredum, nondum ſatis liquet. Sed fingamus titulos penes Pontificem, non hæredes manere; nonne pro conſequendis eorum pecunijs, ſcilicet Ducentis & quinquaginta ſcutis aureis, (quod eſt dimidium precij cuiuslibet officij) opus erit, publica Inſtrumenta ad Romanã Curiam mittere; quibus, ſucceſſores Militum extrà Rom. Cu. defunctorum, doceant ſe, ex teſtamentis, uel alio legitimo iure, ſucceſſiſſe? Et mandata etiam ualida ad exigendum, & de exactis abſoluendum? Quis autem hæc tam uaria Inſtrumenta, aliaq; diuerſi generis publica documenta, recipiet? quis maturè conſiderabit? & prudenter, num ritè & rectè confecta ſint, diudicabit? diligenterq;, & fideliter in officio publico cuſtodiet, & conſeruabit? & cuſtodita, in ſuos digeret ordines, peculiaresue locos? Num tam laborioſum, tantiq; momenti negocium, Mercatoribus,

aut Capellano, [illegible] ,enſoribus Collegij, committetur ? qui
(quod bona eorum pace dixerim) neq; in hac praxi Tabel=
lionum , ac ſecretarij , tirocinium poſuerunt , aut alio modo
exercitati ſunt ; neq; loca , ubi publica habeantur officia, ha=
bent, ſiue poſſident . Quare fateantur uerißimum anti=
quorum prouerbium ; Quam quiſq; nouit artem , in hac ſe
exercere debere . His multis uerißimiſq; rationibus in me=
dium adductis, me ſatis demoſtraſſe arbitror , hoc Secreta=
rij munus, in tam inſigni Quingentorum et Triginta quin=
que uirorum collegio, perquàm neceſſarium fore; & qui=
dem adeò neceſſarium, ut ſummus ipſe Pontifex, eiusùe pro
tempore Datarius , ſi ſuas cupiunt , officiorum pro tempore
uacantium , fideles ſcire rationes , hoc carere, niſi cum ma=
ximo ipſorum detrimento , non poſſint . Cæterùm, ne ipſi
Milites fortaſſe exiſtiment , ex hoc munere à ſanctiſſimo
D. N. prudenter inſtituto , damnum, ac impenſam ad ipſo=
redundare, admonendi ſunt, ſalarium ipſius Secretarij, non
ex ipſorum Militum menſtruis prouentibus , (qui illis in=
tegrè , ac bona fide , ſingulis menſibus perſoluuntur) ſed
ex admiſſionibus Militum, officia pia pro tempore, ementiũ,
ſumendum eſſe . Quæ quidem admiſſiones Militum , in
hoc, ex ipſius Pont. peculiari indulto, exiguntur, ut ſalaria,
ipſi ſecretario, aliiſq; collegii officialibus, neceſſaria, perſol=
uantur ; aliæq; expensæ, ſiquæ incidunt neceſſariæ, perfe=
rantur . Quare , ſi ſalarium huiuſmodi , non ex ipſorum
Militum marſupiis promitur, ſed ex mera Pontificis gratia
contrahitur, non eſt, cur de huiuſmodi Secretarii deputatio=
ne, ut docuimus, pluſquàm neceſſaria, meritò conqueri poſ=
ſint , aut debeant. Reliquum eſt igitur, ut ipſi Milites, ueris

rationibus à nobis ſuprà allatis, tan[illegible] quaſi, electionē, deputationemq́; Secretarii, ab ipſo Pontifice, grauibus ue causſis, prudenter factam, ipſiq́; Collegio ſummoperè pr[illegible] turam, æquis animis accipiant, & amplectantur; ipſiq́; Secretario, qui nil aliud cupit, quàm ipſorum Militum beneuolentiam promereri, pro uiribus fauere ſtudeant. Hæc ad te Reuerendiſſime, humaniſſimeq; Dñe ſcribere uolui, ut ea, quæ ad ipſum pertinent Pontificem, facilè ſcires, & quæ ad defenſionem muneris Secretarii facerēt, in promptu haberes. Ea enim es ingenii bonitate prææditus, & tam rara morum ciuilitate ornatus, ut omnes, qui in tuam tutelam confugerint, pro ueritate tueri, ac pro tua ſingulari benignitate ornare, ſoleas. Vale. Ex ædibus noſtris, nono Cal. Nouembris, Anno à Chriſti Natali

M. D. LX.

962334

MC